



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXI. Gertrud und Agnes von Honstade lassen dem Kloster Chorin ihre Besitzungen in Groß-Ziethen auf, am 3. Februar 1339.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

dem, Curiam matris nostre postquam ab hac luce migraverit libere dimittendo, Omnem impetitionem speciemque calumpnie fideliter amouendo, quacunq; ex parte fuerit suscitata. Hoc nichilominus inserto, quod si pro aliquo seruitio moniti vel angariati fuerint, hujusmodi molestiam nos tenebimur remouere, per omnia ecclesiam indempnem conseruando, quia ejusmodi seruitium de bonis in Sehufen faciemus et tenebimur protestantes faciendum in his scriptis. Testes hujus facti sunt Henze Badelow, Heinricus Arnstorp, Heinricus Pertstorp, Henningus Ronstede, Ebel Sthyst, Henningus Gerswalde, famuli honesti, aliiq; plures fide digni. Actum et Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o., in octaua beati Laurentii.

Aus dem nach dem Original des R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gersens Cod. II, 477.

LXXI. Gertrud und Agnes von Honstade lassen dem Kloster Chorin ihre Besitzungen in Groß-Ziethen auf, am 3. Februar 1339.

Nos Gertrud et Agnes, sorores, dicte de Honstade, presentium (tenore) recognoscimus lucide profitendo, quod venerabili in Cristo patri ac Dno, Dno. Johanni, Abbati, ac ecclesie in Choryn bona, que habuimus in villa Cyten, que magna dicitur, resignauimus et presentibus resignamus in nomine domini in hiis scriptis ad usum perpetuum ecclesie supradicte. Renunciantes omni juri, quod nobis competere videbatur bonis in eisdem. In cujus resignationis certitudinem presentem literam eis dedimus nostro sigillo communitam. Actum et Datum Angermunde, anno domini M^o. CCC^o. XXXIX^o., proxima quarta feria post Dominicam, qua cantatur Exurge.

Nach Gersens Cod. II, 479.

LXXII. Der Rath zu Angermünde bekundet, daß Johann und Johann von Malchin an ihrem Wohnsitze zu Buchholt eine Hebung aus der Mühle dem Kloster Chorin verkauft haben, am 3. Februar 1339.

Ne temporis mobilitas humanis actibus obliuionem inducat, Solercie ascribitur, vt litterarum certitudine memorie commendentur. Ea propter Nos consules Ciuitatis noue Angermunde serie prefencium Recognoscimus Cunctorum Noticie, quibus prefens scriptum exhibitum fuerit, dilucide declarantes, Quod discreti viri ac per omnia ydonei Johannes et Johannes, dicti de Malchyn, ja villa Bucholt residentes, Coram nobis constituti presentia corporali, fideliter et sine dolo sunt professi, Quod venerabilibus dominis Abbati Totique Conuentui ac ecclesie in Choryn Nouem modios filiginis Redditaum annis singulis de Molendino iuxta eandem villam Bucholt sito percipiendos ac tollendos cum omni jure et vniuersis fructibus ac bonis ad prefatos redditus pertinentibus totaliter vendiderunt Rationabiliter resignando, Ita quod nec ipsi nec ipforum heredes legitimi aut aliquis nomine eorum alienus possit vel debeat sepedicta bona inpetere uel quouis modo de eisdem sibi aliquid vsurpare. Nos quoque Consules prenotati, quia huius rei Testes sumus, ad deuotam